

CENSORINI
AD Q. CÆRELLIUM
DE DIE NATALI

Noua editio.

LVD. Carrione recensente, augente, & pri-
stino ordini suo restituyente.

*Ziusdem argumenti fragmētum incerti scriptoris an-
tea cum eodem Censorini de die natali libro con-
tinenter impressum, nunc vero ab eodem LVD.
Carrione separatim, correctiusque, & ca-
pitibus aliquot ex veteri libro additis
auctius editum.*



LVTETIÆ,

Apud Ægidium Beyssium sub signo Lilij albi,
via Iacobæa.

MDCCLXXIII.

Cum privilegio Regis.



AD V. CL. GVLIEL-
MVM FORNERIVM I.C.

*Et regium Aureliani con-
siliarium.*



ANNVS quartus agitur,
Gulielme Forneri, ex quo
in Gallias veni, non tam
me hercle vt regnum v-
num omnium totius Eu-
ropæ florentissimum viderem, illius-
que gentis, cum qua Flandris nostris
non modo rerum omnium commer-
cia vltro citro semper communicata
sed etiam regum & principum origo,
cognatio, affinitas, communia fue-
runt, mores & instituta propius intu-
erer, quorum tamen cognoscendo-
rum incredibili desiderio tenebar,
quam vt viros doctos, quorum semper
copia felix ista terra Gallia dicebatur
abundare, coram alloquerer familia-
riusque conuenerem, & sane diuina



CENSORINI

LIBER DE DIE NATALL

AD Q. CÆRELLIVM.



VNERA ex auro vel quæ ex ar-
gento nitent, cæ lato opere quã
materia cãtiora, cæteraque hoc
genus blãdimenta iãhiatis, qui
vulgo diues vocatur. Te autem,
Q. Cærelli, virtutis non minùs

quam pecuniarum diuitem, id est verè diuitem,
ista non capiunt, non quòd eorum possessio-
nem vel etiam vsum à te omnino abieceris, sed
quod sapientium disciplina formatus satis li-
quido comperisti huiusmodi sita in lubrico bo-
na malãue per se non esse, sed *ut miser*, hoc est
bonorum malorũque media censei. Hæc, ut
comicus ait,

*perinde sunt, ut illius est animus qui ea possidet:
qui uti scit, ei bona, illi, qui non utitur rectè, mala.*

Igitur quoniam quisque, non quanto plura
possidet, sed quanto pauciora optat, tanto est
locupletior, opes tibi in animo maximæ, & eæ,
quæ non modo bona generis humani præce-



FRAGMENTVM QVOD-

DAM NESCIO CVIVS SCRIPTORIS,
*antea Censorino tributum, & cum eius de die
natali libro continenter impressum, nunc ab
eodem separatum, correctiusque & aliquos ca-
pitibus ex veteri libro additis auctius editum.*

A. LVD. Carrione.

DE NATVRALI INSTITVTIONE

·C A P · I ·



NITIA rerum eadem ele-
menta & principia dicuntur.
ea Stoici credunt tenore atque
materiam, tenore qui rarefcete
materia a medio tendat ad
summum, eadem concrescente
rursus a summo referatur ad medium. Thales
Milesius aquam principium omnium rerum di-
xit. & alias opiniones supra retulit. Stoico-
rum opinio probanda: qui, cum arte compo-
situm mundi opus considerarent, introdu-
xerunt naturam prouidam ac sapientem: quam
ordo impermutabilis ostenderet: & industria
factum pronuntiauerunt. siue perpetuus siue
longaeuus est mundus, & in flammam abit, &
vicissim ex flammis renouatur ac restituitur,
durantibus tamen principiis: nec recidere ad
nihilum videri potest, quod in se deficit & in

*haec ab aliis
huc intellecta
occasione de-
derunt ut
Censorino
tribuerentur.
cum non dissi-
militer eadem
superius tra-
ctasse videretur.*

*2. haec vulgo
male corrupta
sunt quae
a scriptura,
qua a desina-
tione.*